



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Degradatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

nu. 23. explicandaque desideratæ personæ circumstantia in confessione.

## DECIMAE.

1. **D**ecimæ non debentur, vbi non est eius rei consuetudo: & quidem personales, id est ex luco industriæ, nullibi ferè sunt in vsu.

\*De Decimis *Azorim* l. 7. c. 34.

\**Nau* c. 21. nu. 32. *Tol.* l. 6. c. 20. num. 5.

2. Decimas non debet clericus ex fructibus Ecclesie, nec ex patrimonio, si ecclesie seruiat cui debentur decimæ: stādum tamen consuetudini præscriptæ in ijs, & similibus.

\**Syl.* vers. *Decima* nu. 8.

3. Si de prædio dotetur Ecclesia, non ideo liberatur ab obligatione soluendi decimas, quas soluebat alteri Ecclesie.

4. Decimæ animalium pars debetur Parochiæ propriæ, pars ei vbi pascuntur, nisi aliud sit in more positum. \**Syl.* l. c.

5. Non soluens decimas ob iustum impedimentum, potest absolui (secundum *Nauar.*) non obstante Concilio Trid.

*Nau.* 3. c. 21. n. 32. c. 17. n. 59.

Trid. 3. sess. 25. c. 12. de refor.

*Degradatio, vide Depositio, Hora Canonica.*

1. **D**egradatus Clericus (quod fit ob crimina grauiora)

grauissimum,) priuatus est executione Ordinis, & beneficio, & priuilegio Clericali: itaque potest per Iudicem sæcularem puniri; nec qui eum percutit, est excommunicatus.

\*Syl. Degradatio nu. 8. Tol. l. 1. ca. 17. nu. 10.

2 Degradatus, à solo Papa restituitur.

\*Syl. l. c. num. 11. Tol. l. c. num. 13.

3 Non solet degradari, nisi qui est in sacris: potest autem degradari quicumque in crimine aliquo est incorrigibilis.

\*Vide Syl. l. c. nu. 1. & 3.

*Delectatio morosa, vide Luxuria;  
Peccatum.*

*Delegatus, vide Gratia.*

1. **D**Elegare potest quiuis Ordinarius, id est, habens potestatem ordinariam, & dare potestatem subdelegandi. Potest etiam delegatus Principis, nisi ei committatur nudum ministerium, & non ipsa potestas: & subdelegatus delegati Papæ; itemque Vicarius Prioris, seu Guardiani absentis, est enim uelut Ordinarius; & Vicarius Episcopi generalis; denique is cui tacite id concessit qui delegauit.

\*Lege Fum. Delegatio nu. 1. 2. Syl. 10.

Potest? Syl. l. c. nu. 10. {Vicarius} Fum. l. c.

2 Potest Prælati delegare priuilegium, quod habet ratione officij absoluedi subditos, & cum eis dispensandi.

\*Vide